



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu
peragi possint

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Calix.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54780)

Calix.

Calix consecratus significabit mihi sepulchrum tuum. Et tam benè stimulat me ad amaritudinem passionis tuæ jugiter degustandam; quam ad te in adversis crucibus imitandum; recordando calicis ab Angelo in hortu tibi præsentati, & dicti tui: *Potestis bibere calicem, quem ego biturus sum?*

Purificatorium.

Purificatorium ad extergendum calicem feruens docebit multò magis animam meam ante, & per virtutem hujus Sacrificii extergendam esse genuinæ contritionis actibus. Sicut à piis mulieribus sacrum corpus & vulnera tua sacrosancta per linteamina extersa sunt, antequam in sepulchrum condereris.

Patena, Palla, Velum.

Patena consecrata (cùm calix, cui imponitur, sepulchrum tuum repræsentet) Domine mihi offerret lapidem sepulchrælem, Palla benedicta tegumentum sepulchri. Velum templi velum scissum in morte tua, vel etiam id, quod S. Veronica tibi objecit, in quo benedicta facies tua expressa dicitur, repræsentabit.

Corporale.

Corporale autem, quod ità nuncupatur, quia in sacra hostia sacrosanctum corpus tuum super id in Altari ponitur, Syndonem mihi objiciet, quâ post mortem id involutum fuit, vel etiam dulcissimas illas fascias, quibus in præsepi & aliis te involvit benedicta mater tua. In cujus tenerrimi affectus unione omnem, quem